



Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

Gartner, Michael

Herbipoli, 1697

Pontifices Hebræorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

usq; ad an. mundi 3743. 9

Huc usque ad exitum scilicet Darij Josue Pontificatum Salius producit, cum certi nihil constet, quando Sacerdotio suo finem fecerit.

XXXVI. JOACIM filius JOSUE, de quo 2. Esd, 12. v. 10. *Josue autem genuit Joacim &c.* Fuit hic Dux simul & Pontifex, de quo ita Josephus: *regnante Xerxe Pontifex erat Joacimus filius Iehus sive Josue, apud Babylonem vero degentium Iudaorum primarius Sacerdos erat Esdras vir Iustus.* Pontificatum protraxit usque ad annum Xerxis 22. & ultimum, qui erat anno mundi. 3589. ante Christum 464.

XXXVII. ELIASIB filius JOACIMI, Dux simul & Pontifex, de quo constat ex Nehemia fuisse Sacerdotem magnum Hierosolymis, regnante Artaxerxe; quoto autem anno Pontificatum terminaverit, incertum est. Salius protrahit annos Pontificatus ejus usque ad finem vitæ Artaxerxis an. mundi 3629. ante Christum 424.

Cum hoc Pontifice Hierosolymis quoque claruerunt Esdras Sacerdos & scriba Doctissimi.

A 5

10 **ÆTAS V. ab anno 357.**
tissimus, qui Babylone Hierosolymam
Artaxerxe missus fuerat, & Nehemias D
integerrimus, de quibus in *1. de viris ill*
tribus hujus ætatis.

XXXVIII. JOJADA filius **ELIASIB** aliàs dictus **JUDAS** vel **JOACHAZ**.
Dux simul & Pontifex, Pontificatum
gessit sub Dario Notho usque ad ann.
m. 3649. ante Christum 404.

XXXIX. JONATHAN ^{Joannes}
filius aliàs **JOANNES**, ut eum ^{Joannes}
vocat, vel Joathan ut alij appellant.
Dux simul & Pontifex sub **ARTAXER-**
XE MNEMONE usq; ad annum ^{mun.}
3689. ante Christum 364.

XL. JEDDO Avel **JADDUS** filius
JONATHANI Dux & Pontifex sub **AR-**
TAXERXE OCHO Imperatore Persico
ARSE & **DARIO ARFAMI** filio Imperatori
bus Persicis, & sub **Philippo Mac-**
done & **Alexandro** gessit pontifica-
tum usque ad annum mun. 3739. ante
Christum 323.

Hic Pontifex occurrit **Alexandro Migno-**
iratumque placavit Judæis, teste **Josepho**
l. II. antiq. hujus **Jeddoæ** frater **Manasset**
fui
rum
tite
and
ante
S. A
D
mo
Pon
trib
rob
tul
face
hoc
v. 10
& D
mit
voca
am
cept
Hero



fuit primus Pontifex templi Samaritano-
rum in monte Garizim.

XLI. ONIAS JEDDOÆ filius dictus
quibusdam Priscus, Dux simul & Pon-
tifex sub Ptolomæo Lagida & Alex-
andro usque ad annum mundi 3753.
ante Christum 300.

§. III. *Duces Hebræorum.*

Dux primus fuit ZORABABEL,
& post Zorobabelem supra me-
morati Pontifices, qui simul Duces &
Pontifices fuerunt. Quamquàm ex
tribu Levi oriundi fuerint, qui post Zo-
robabelem Ducis simul & Pontificis ti-
tulo Hebræis præfuerunt, erant enim
sacerdotes & filij Aaron, nihil tamen
hoc obstat vaticinio Jacobi Gen. 49.
v. 10. *Non auferetur Sceptrum de Iuda
& Dux de femore ejus, donec veniat, qui
mittendus est, censebantur enim illi &
vocabantur adhuc filij Judæ, sicut eti-
am Machabæi seu Assamonæi, qui
Sceptrum Judæ tenuerunt usque ad
Herodem, partim ob genus mater-*